

Alte Drucke

**CONCIONES || IN EVANGELIA || ET EPISTOLAS, QVAE || per
totam Quadragesima[m] populo in Ecclesia || proponi
solent, è Tabulis F. Iacobi Veldy ...**

Prielee, Gilles vanden

Parisiis, 1567

FERIA TERTIA POST DOMINICAM PASSIONIS, EPISTOLA, Danielis 14.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150295

premat, bibe per fidem ex fonte scripturarum, clamantium, Cum ipso sum in tribulatione, Psal. 90. Scit Pater vester quod his omnibus indigeris, Matth. 7. Ego sum resurrectio & vita, Iohan. 11. Eum qui venit ad me non eiciam foras, Iohan. 6. Non misit Deus filium suum in mundum, ut iudicet mundum, Ioh. 8. Ideo, inquit Christus, qui credit in me non inani aut imaginaria fide, sed sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viæ. Quia nescit molimina Spiritus sancti gratia, qua fideles non tantum in baptismo, ubi copiosissime hanc percipiunt, sed & in vera perfecta que pœnitentia perfunduntur, ut ferantur ad omnia pietatis & bonorum operum exercitia. Viuit enim in eis, ut ait Paulus, Galat. 2. Christus: cuius spiritu diffunditur charitas in cordibus ipsorum: qua impellente, diligunt Deum ex toto corde, ex tota mente, &c. & proximum, sicut seipsum, Matt. 19. Hæc vera sunt flumina, quæ de cordibus fidelium fluunt, quibus irrigatur Ecclesia, sanctificatur ab operibus mortuis, defenditur aduersus hæreticos & schismaticos, qui suauissima hæc fluenta, quæ non secus atque aquæ Siloë fluunt, cum silentio gustare nequeunt: eo quod delectetur turbidis & lutolis fluminis Nili aquis, id est, fallarum opinio, & hæresis.

FERIA TERTIA POST DOMINICAM
PASSIONIS, EPISTOLA,

Danielis 14.

*Quod cum audissent Babylonij, indignati sunt vehementer: & congregati aduersum Regem, dixerunt, &c. Finis Epistolæ: Intro-
misit in lacum, & deuorati sunt in momento
coram eo.*



Primò, Impiam Babyloniorum cōtra Regem, & Daniele seditionem excitatam non pietatis, aut veræ religionis, vel publicæ tranquillitatis causa, sed idololatriæ, impij demonum cultus, & falsæ superstitionis. Itaque congregati contra Regem, cuius

*Impia Babyloniorum
contra Regem
& Daniele
seditio.*

erat veram religionem tueri, falsam abolere, quòd gnauiter opera Danielis erat executus, authorem ipsum mutata religionis ad supplicium exigunt. *Trado*, inquit, *nobis Daniele*, qui Belum destruxit, & Draconem interfecit. Si præcedentia huius historię perpendamus, facile constabit non solam religionem huius seditionis causam dedisse, sed ipsorum, qui aris præerant, quæstum, & ventrem. Ita hoc nostro infelici seculo varios peperit tumultus, sub prætextu religionis, ambitio, & auaritia hæreticorum: qui dum reformationem religionis pollicentur, aliud nihil tentant, quàm vt turpes Harpiæ thesauris Ecclesiæ insidiantur: cuius rei exempla manifestissima sunt ipsi Anabaptistæ, Suuencfeldiani, Enthousiastæ, Calvinistæque, qui, variis seditionibus contra legitimam potestatem excitatis, imperia & regna tantum non subuerterunt.

*Ambitio
& auaritia
hæreticorū.*

2. Secundò, Regis facilitatē, qua non tantum non restitit, sed cessit seditionum hominum furori, & innocentem, iustum & sanctum Danielē ipsorū ludibrio esse permisit, quum debuisset autoritate Regia fortiter ipsorum obistere conatibus. Vnde & grauissimè peccauit, quòd innocentem non tantum non defenderit, sed impiis ad supplicium tradiderit. Quanquam enim maioris vitandi mali causa subinde minus malum sit eliciendum, nunquam tamen sunt facienda mala, vt inde veniant bona: Est enim contra verbum Dei. Innocentem & iustum non interficies, Daniel. 13. Malè ergo Reges, iudices, & magistratus, etiam, vt putant, tranquillitatis causa, innocentem aut opprimunt, aut opprimi sinunt. Alioquin, vt Caiphas à Domino iudicandi, qui censuit vnum hominem mori debere, ne tota gens periret, Iohan. 11. Exigit enim id verbi Dei autoritas, iustitia, & æquitas, vt cedat potius iudex officio, quàm in necem consentiat, aut sententiam pronuntiet contra innocentem. Hic tamen Rex Babylonius solo metu seditionis excitatæ, priuationis regni, & mortis comminatæ perculsus, innocentiam opprimi patitur, ipsumque Danielelem leonibus obici finit. Vnde agnoscat ingenium eorum, qui ea quæ mundi sunt diligunt: hos enim vel leuissima, vt à recto discedant, tentatio adigit.

*Nō sunt faciēda mala,
vt inde eueniant bona.*

At verò qui supra petram, id est, Christum, iam sunt firmati, hi quidvis perferunt potius quam iustitiam deserant: & quanquam, ut est Matth. 7. descendat pluvia, veniant fulmina, & venti spirent tentationum, non tamen cedunt.

3 Tertiò, Exemplo Danielis docet singularem Dei *Singularis Dei erga*
erga suos electos sollicitudinem, & providentiam. *Qui Dei erga suos electos sollicitudo et providentia.*
enim pullis coruorum ipsum inuocantibus toris alimonia suppeditat, is suorum curam, qui toti ab ipso pendent, nunquam deponit: Vt enim hic Daniele paut ministerio Angeli, & Abacuc, sic olim Israelitas in deserto manna caelesti, & aubus, carnibusque, necnon Eliam in persecutione Iesabel per coruum pane, & carnis cibavit, ut meritò debeant fideles, quos subinde miserè cura victus, & sollicitudo rei familiaris angit, spem omnem & cogitatum in ipsum prolicere, Psalm. 54. Scientes quoniam ipsi cura est de nobis, 1. Pet. 5. Quanquam enim subinde suos paupertate, inedia, adueritate, & morbis ita excruciet, ut prorsus ipsorum curam abiicisse videatur, quemadmodum de Daniele iudicasset mundus, ut etiam de Apostolis, 1. Corinth. 4. agnoscere tamen ex fide debent huiusmodi tentationem ad probationem, peccati vindictam, exercitium virtutum, & meriti augmentum fieri, ut certius in ipso fidere discant, & agnoscant ipsum esse, qui & possit, & velit ipsos de retatione eripere. Nā qui leonū ora ac famem comprimere potuit, is quacunque pericula, hostes, calamitates facillè suppressit, si modò, ut Daniel, nos ei totòs credamus.

4 Quarta, Deum proponit, admirabili quadam potentia eum liberantem, quem impij tanquam religionis euerforem, publicæ tranquillitatis hostem, & Rei publicæ pestem ad bestias dānauerant, quo facto significare haud dubiè voluit, se potentem illum esse Deum, qui suos possit electos etiam è media morte liberare, ut nec mundus, nec dæmones, nec caro, hostes licet grauissimi nocere queant: etiam si maximè sæuiant, ut meritò de ipsius auxilio considerare possint electi, nec metuere potentiam, authoritatem, & tyrannidem impiorum, quam leui momento destruere spiritu oris sui potest

FERIA TERTIA

Deus: Est enim gaudium impiorum ad instar puncti, Iob 21. & Psal. 36. Fructus autem huius, erga Daniele ex-
hibita, diuinæ potentia fuit Regis Babylonis ad cog-
nitionem veri Dei conuersio, & seditiosorum hominum
iustum supplicium: Ita ut vtrique commendetur eius
misericordia, qua de massa perditionis, quos vult, sepa-
rat: & iustitia, qua dignos deferi, deserit.

FERIA TERTIA POST DOMINI-
CAM PASSIONIS, EVANGE-
lium, Iohannis 7.

*Post hæc autem ambulabat Iesus in Gali-
leam: non enim volebat in Iudæam ambulare,
quia querebant eum Iudæi interficere, &c. Fi-
nis Euangelij: Nemo tamen palam loquebatur
de illo, propter metum Iudeorum.*



*Qui mundo
placere vo-
lunt nihil a-
liud spectant,
quam concu-
piscenciam
carnis, oculo-
rum, & su-
perbiam vi-*

VI VS Euangelij historia quatuor proponit.

I Primò, In his fratribus, id est, iuxta
phrasim scripturæ, cognatis, proponit nobis
elegantè ingenium, & indolè mundi, &
eorum, qui mundo placere volunt, quid nimirum spe-
ctent: nempe, ut ait Iohannes, concupiscenciam carnis,
concupiscenciam oculorum, & superbiam vitæ. Cupie-
bant enim hi fratres, non, ut impius voluit Heluidius,
filij à beata Virgine post Christum nati, aut, ut Epipha-
nius arbitrat, Ioseph, ex alia vxore filij: sed cõsanguini
Christi, ut ipse (ambitiosorum hominũ more) in si-
gnia sua facta ederet, nõ in locis humilibus & abiectis,
sed in celebri illa Hierosolymitana vrbe: vbi totius re-
gni magnates agebant, ut ipsius virtute & splendore,
ipsi quoque emergere possent: Siquidem erant adhuc
carnales, secundum hominem ambulantes. Atque ideo
quia Christum Dei sapienciam, per quem placuit æterno
Patri saluos facere credentes, non agnouerunt, nisi se-
cundum carnem: quæ cognitio sine fide non prodest,
hinc Christũ à se abigũt. Caro enim aliud nihil spectat,
quàm quæ externa specie sublimia sint & magna. Mun-
dus quod suum est diligit, Iohan. 15. Ut autem à se am-
bitionis & superbiz crimen depellat, ne suam, sed alio-

*Caro nihil
aliud spectat
quàm quæ ex-
terna sunt.*

rum gloriam spectare viderentur, quū nihil tamē aequē atque suam quærerent: tamen si id arte quadam dissimulant. Discipulorum gloriam prætulerunt, dum aiunt, *Vt videant discipuli tui opera, quæ tu facis, & si hæc facis, manifesta te ipsum mundo.* Quibus verbis manifestè suā produnt ambitionem & incredulitatem, quæ laborabant, quibus impediabantur, ut fidei veritatem & Christi virtutē non assequerentur, quia secundum carnē erāt, & quæ carnis sunt sapiebant, Ro. 8. Prudentia autē carnis, iuxta Paulū, inimica est Deo. Deo enim semper contraria suggerit: ut pulchrè huius Euangelij docet historia.

2. Secundò, Ostendit suo ipsius exemplo Christus, quales eos esse oporteat, qui carnem suam crucifixerunt cū vitiis, & concupiscentiis: nempe, alienos à dilectione mundi, scientes quòd qui voluerit amicus esse huius seculi, inimicus Dei constituitur, Iac. 4. Amicitia enim huius mundi Deo est inimica, & mundus transiit, & concupiscentia eius. Proinde ipsos debere fugere de Babylone, Apoc. 18. ne ira, vel fornicationis vino inebrientur: sed ut mudent se ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei, 2. ad Corint. 7. Parati quocunque tempore iusserit Deus, ferre mundi iniurias, afflictiones, contumelias, persecutiones, & crucem, scientes quòd per multas tribulationes oporteat nos introire in regnum Dei, Actorū 14. tum etiam quòd non sine summi Patris voluntate hæc accidunt, non pro mundi arbitrio, qui semel extinctos velleret, quos odit. Respondet autem Christus magna modestia tempus suum nondum aduenisse, quo scilicet, ille ab æterno decreuerat per passionem & crucem, non Iudæ tantum, sed toti mundo innotescere. Quasi dicat, Hæc festiuitas mihi abominatio est, Isa. 1. in qua scilicet, omnis viget malitia, veritati obstititur, diuina voluntas non seruatur. *Tempus autem vestrum semper est paratum*, qui aliud nihil præter honores, diuitias, luxum, & mundi gloriam somnias: vos qui etiam quū mala incrudescunt, quum Deus blasphematur, quum veritas opprimitur, semper ridetis securi. Quibus verbis aperte discernit inter eos qui sunt Christi, & eos qui sunt mundi, quia illis mundus crucifixus est, & ipsi mū-

do, Galat. 6. Isti autem tenent tympanum & cytharam, & gaudent ad sonitum organi, ducit in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.

*Propria mū
di natura,
amare sibi si
miles.*

3 Tertiò, Quando verò ait, *Non potest minus odisse vos: me autem odit:* docet eleganter quæ sit propria mundi natura, scilicet, amare sibi similes: quia enim totus in ligno positus est, 1. Iohan. 5. non potest non malos diligere, & persequi & odire pios: iuxta illud, *Quia de mūdo non estis propterea odit vos mundus*, Iohan. 15. Si quidem mali omnes suos conatus eò exerunt, ut mūdo placeant, impietatem promoueant, placentia loquantur, adulentur fastum, honores, diuitias, luxum ostendant: ut denique, iuxta Isaiam, dicant malum bonum, & bonum malum. Pij verò, quia ex verbo Dei damnant, & testimonium perhibent, quòd opera eius mala sunt, non solum manifesta flagitia, sed ipsius quoque hypocrisis, falsa iustitia: denique quia verbis & tactis se impietati opponunt, idè odit eos mundus, Est enim quādoque videatur amare pios, tantisper scilicet dum sileat, dum dissimulant, dum ad ipsius vitia conuiuent: mox tamen ubi arguere cœperint, & damnare, ne nimia conuiuentia probare videantur, amore mutato odit, persequitur, occidit. Hoc Christo, Apostolis, Martyribus accidisse cernimus. Hoc loco sibi mirè blandiuntur nostri temporis aduersarij, qui nescio qua temeritate, ea, quæ Christus sibi, ac suæ doctrinæ propria facit, in patrocinium suorum errorum non verentur, quasi oborto collo pertrahere, dum cōqueruntur sese suarum hæresium caussa ad supplicia rapi, nec verentur ea, quæ Christus in impios & infideles pronuntiat, in magistratum fidei, quem Paulus Dei ministrum vocat, Rom. 13. torquere. Docere prius debuerant & doctrinam suam, & vitæ suæ innocentiam, cum Christi & Apostolorum, ac Martyrum, conuenire, nec pugnare cum doctrina veræ & Apostolicæ, ac Romanæ Ecclesiæ, ac demum pios Imperatores, Reges, Principes, legum decreta, mundi nomine cenferi. Neque enim hoc est mundi opera arguere, hæreses docere, turpes incestus approbare, Christi sacramenta opprimere, & religionem subuercere: Sed, ut Christus & fecit, & fieri iussit, impietatem, hypocrisi-

fin, auaritiā, libidinem, irā, inuidiā, & odium, aliāque manifesta crimina damnare, ac pro iis docere verā cordis iustitiā, pietatē, temperantiā, mansuetudinē, fidē, castitatē, & benignitatē, &c. Galat. 5.

4. Quartò, Dum negat se ad festum ascensurum, quum tamen pòst ascenderit, quum fratres eius ascendissent. Nequaquam contraria sibi dicere putandus est, sed respondet secundum consiliū sibi à consanguineis datum, se non ascensurum. Quibus elegāter ostendit, nos etiā ea, quæ ad gloriā Dei spectare videntur, non debere ad gratiā hominū, vt inde scilicet euāescamus, aut vt illi insolentiores euadant, perficere. Non enim sufficit bona agere, sed bona bene agenda sunt: nempe, in gloriā Dei, ad Philip. 2. quam docet fides: & proximī vtilitatē, quam suadet charitas, 1. Corinth. 13. Hunc quisquis sibi scopum non præfixerit, à perfectione iustitiæ se abesse procul intelligat. Significat præterea Christus, fore vt Iudæorum festa, sacrificia, oblationes, ceremoniæ, & politia, quæ omnia, Apostolo teste, sub figura rerum futurarum, quarum veritatē Christus afferebat, ab illis seruabantur, breui abrogarentur: quando ad interiora velaminis præcursor ipse pro nobis introiret, ad Heb. 6. vbi verū tabernaculi festum nō ipse tantum, sed quotquot essent præordinati ad vitam, perpetuò apud Patrem agerent. Ascendit autem ad hoc festū occultè, tum quia nōdum venerat hora illa, qua transiret ex hoc mundo ad Patrem, & in qua à turbis publica illa acclamatione exciperetur: tum etiā, vt verum sese hominem esse demonstraret. Neque enim vbique illum dicebat diuinitatis suæ potentiam manifestare, vt denique exemplo esset iis, qui circumdati sunt infirmitate, ne scilicet inimicorum furorem, licet iniqua de causā conceptum irritent, aut Deum tentent, sed dent locum iræ. Porro vt suo ascensu Christus insignem suam erga Iudæos cōmendauit charitatē, qua cupiebat eos omnes ad veritatis cognitionem venire, ita illi contrā, magna & obstinata malicia semper veritati restiterunt, & oblatum fidei lumen reiecerunt: odio nimirum in ipsam

R iiij

*Non suffi-
cit bona age-
re, sed bene
bona agen-
da sunt.*

FERIA QVARTA

concepto ita excæcati, vt ne nominari quidem ipsum sustinerent: quod nō sine iusto Dei iudicio accidisse putabimus. Indigni etenim erāt, qui Sacrosanctū illud nomen, quo nō est aliud sub celo datū hominibus, vel sanctius vel diuinius, quo possent salui fieri, nominarent. Proinde vago murmure murmurantes, dixerūt, *Vbi est ille?* Id enim odio propriū est, vt vel meminisse horreat eius quem oderimus: Sed hoc facto suo docet Christus fidos verbi sui ministros non debere propter odium impiiū a veritate fidei, vel latum vnguem discedere.

FERIA QVARTA POST DOMINI

CAM PASSIONIS, EPISTOLA,

Leuitic. 19.

Exod. 20.

Deut. 5. &

24.

Ecd. 10.

Tob. 4.

Non facietis furtum. Non mentiemini: nec decipiet vnusquisque proximum suum. &c. Finis Epistolæ: Diliges amicum tuum sicut teipsum. Ego Dominus.



CONTINET hæc Epistola præcepta secundæ tabulæ, ea scilicet, quæ ad præsentis vitæ publicam tranquillitatem spectant. Sunt autem eius præcipua capita quatuor.

Anabaptistarum somnia de rerū cōmuniōne.

1 Primò, Authoritate sua interposita, prohibet ea omnia Deus, quæ proximo damni aliquid afferre possent, dum ait, *Non facietis furtum*, quod sit ablatione rei alienæ, inuito Domino. *Non mentiemini*, quod sit falsa significatione cum intentione fallendi. *Non decipiet vnusquisque proximum suum*, quod sit, dum fraude quis circumuenit in negotio fratrem suum. Pulchrè autem hæc præcepta confutant & Platonis, & Anabaptistarū somnia de rerū cōmuniōne. Si enim, vt illi volunt, priuata bonorū possessio cum verbo Dei pugnet, nequaquam prohiberet Deus furtum, mēdaciū, & fraudem, omnesque malas artes, quibus ea, quæ iure proximus possidet, malo titulo inuadere nitimur. Neque enim fraus vlla cōmitti potest, vbi omnia esse cōmunia iudicatur. Atqui, vt significaret Deus priuatā bonorū possessionem esse legitimā, prohibet ablationē, & cōcupiscentiā rei alienæ: imò eū, qui præceptū hoc violasset, vult, Exod. 22. ad restitu-